

05

A

634

Themata Physica
DENATVRA ET
MONSTRIS
Ex ΦΥΣΙΚΩΤΑΤΟΥ Illius Philosophic Aristoteles eiusq; Interpretum libris physicis
passim collecta:

ET
Sub Præsidio Clarissimi Viri
DN. M. ANTONII LEVONI^{MI},
Teucheni Carinthorum, Logices & Ethi-
ces Professoris publ.

*Ad discutiendum & defendendum in scholis
Philosophicis Inclytæ Academiæ VVitebergensis
proposita*

à

M. MARTINO HILVVIGIO, Boles-
lauensi Silesio: Reuerendi Dn. D. Salo-
monis Gesneri priuigno.

Habebitur disputatio 4. Cal. Julij, in Collegio
novo, hora 6. matutina.



VVITEBERGÆ,
Typis Wolfgangi Meisneri.
ANNO M. D. XCV.

Amplissimis, & Consultissimis Viris

Domino M. THOMÆ HEINISIO Patri Patriæ:
DOMINO PAVLO HANVALDO, sponsori suo in Baptismi lauacro:
Prudentissimis Dominis Consulibus: Et

Domino JACOBO PREIBISIO, (Agnato suo,) Senatori

Reipub. Boleslauensis primario:

Mœcenatibus ac patronis suis obseruandis. S.

05 A 634
Innumera illa & haud exigua Ampl. Vestrarum in me beneficia fecere, ut nullo
unquam tempore de A. V. benevolentia erga me & fide dubitarem, sed semper
optima quæuis de ijsdem mihi pollicerer. Licet enim nunc vel maximè eorum
non recorder, quibus me à pueris A. Vestræ in patrio prosecutæ sunt solo: illa ta-
men, quæ mihi quinquennio hoc, quo in exteris dego terris, exhibita sunt, illa (in-
quam,) me memori adhuc tenere mente, fateor. Quoties enim de studijs & profe-
ctibus meis ab Ampl. Vestræ quæsitus, quoties exhortationes ad illa perscriptæ?
Quām anxié pro nobis A. Vestræ iu aula Cæsarea tum laborabant, cum in Balthi-
co littore ob querundam à vera doctrina dissentientium inuidiam & traductio-
nes aduersâ aliquamdiu uteremur fortunâ? Hic vero (Vitebergæ) dum moror,
inq; patriâ rescitum, me honestissimo Inclytæ huius Academiæ Collegio Philo-
phico nomen meum vñâ cum reliquis 66. Viris ac Iuuenibus, (qui tum Lauream
ambiebant Philosophicam,) deditse: Vestræ A. quoq; suo & Consilio & auxilio me-
is honoribus deesse noluerunt. Adhæc ne nunc quidem A. Vestræ officio suo desi-
stere mihi videntur, sed indies etiam melius mihi fauere. Dum n. hisce diebus ma-
nu verso Themata hæc de Quæstione Physica, eaq; ut primitias studiorum meorum
Philosophorum ijs dicare cogito, quibus me omnia, quantulacunq; in seniori Phi-
losophia habeam, acceptum referre debere fateor: Reverendo nimirum Domino
VITRICO MEO, D. SALOMONI GESNERO, (quem optimo iure Parentem me-
um tam animi quam corporis semper habui, & nunc in primis habeo, ac quamdiu
vixero habeo): & Spectabili Decano, Domino M. IOHANNI HAGIO, Mathema-
tum Pr. P. Promotori meo unicé colendo · nec non reliquis eius Collegij Professo-
ribus, Dominis meis præceptorib. obseruandis. Eo ipso tempore, inquam, prætes-
omnem expectationem meam vir Prudentissimus, Dominus IACOBVS PREIBI-
SIVS, Agnatus meus amicissimus, & Parentis mei Dni MATTHIAE HILVVIGII
(piæ recordationis) intintus quondam & familiariissimus, haud leue iterum bene-
uelentiæ suæ in me signum edens, quām sibi & reliquis Dominis Patronis sim cura-
re ipsa testatum facit. Quare intermittere omnino non potui, quin animi senten-
tiam mutarem, & disputationem hanc meam in grati animi argumentum vobis
Viri Amplissimi & Consultissimi, Patroni perpetua obseruantia colendi, consecra-
rem. Spero a., facile mihi hac in re veniam daturum R. Dm. Parentem, Promoto-
rem itidem, & reliquos Dominos Præceptores meos, (quibus omnibus me multum
debere scio,) cum alioqui notum sit illud: Parentibus & Præceptoribus neminem
valere æquivalens reddere pretium. Valete, meq; Clientem Vestrarum ut hactenus
amantis imposterum amate. Dabantur Vitebergæ, 1^o, Maij, Anno 95.

Amplissimis Vestrarum: Subiectissimus Cliens:

M. Martinus Hilvvigius, Bolesl. Sil.

Thesis I.



Vm pr̄stantissima omnium in Philosophia sci-
entiarum sit ea, quæ ðewoptimū dicitur: Illa quoq;
quæ in Naturali traduntur Philosophia, consi-
deratione esse dignissima, clarum est. In hac au-
tem haud postremum obtinet locum Natura, al-
tera sc. Causarum secundarum, & principiū
rerum. De illa igitur, quomodo in procreationis
rerum munere agat, aut in eodem impediatur,
in pr̄sentia differendum est.

II.

Non minus quidem verum quam tritum illud est, Naturam
uti Deum, omnia gratia alicuius finis facere, semperq; ad optimum
tendere: Verum obstare videtur tum multorum authoritas, tum ipsæ
quandoq; Experiuntia.

III.

Autoritatem autem Empedoclis & aliorum Veterum, qui omnia
ad materialem referebant Necesitatem, & Naturam in numero esse
Causarum ad finem respicientium negabant, intelligo. Experientia
cuius est obvia, quod licet certæ quædam in Natura aduertantur
leges, & diuina quadam arte homo hominem generet, bos bouem: non
nunquam tamen offensiones aliquæ in procreatione rerum naturalium
incident, quo minus naturæ ad finem perueniat, & dissimilia à suis
speciebus producat.

IV.

Contra hæc, Naturam, secundum Philosophi sententiam, semper
per gratia alicuius agere, nec propriè erroris conuinci
posse: Et tamen eandem ob monstruosos effectus frustra
quid egisse, atq; aberrasse etiā aliquo modo dicendam,
obtinebimus.

V.

Ac initio deceptionis erit andæ gratia, Naturæ hic aduertantur si-
gnificata. Capitur enim Naturæ vox vel pro omni re, sive substantia
fuerit, sive accidentis, estq; tum Enti συνώνυμος. Vel pressius pro Sub-
stantia, seu corporea, seu incorporea. Præterea angustius pro sola
substanc.

Substantia seu Corporea seu incorporea sumitur, & principium rerum naturalium definitur:) Estq; tum vel prima cuiq; subiecta materies, vel forma rei & species, l. 2. ἀρ. c. 8.) Deniq; & impropre ultimam ac propriam cuiusq; rei differentiam notat.

VII.

Nos autem Naturam dicentes, Formam hoc loco intelligimus, cum illa ut evdēlēxēla magis sit natura quam materia. Et illam propter finem & τὸ βελτίον & evenia actiones quaslibet suscipere, in sequentibus quinci potest rationibus: (l. 2. ἀρ. c. 8.) Primum enim quia res naturales omnes aut semper, aut plerumq; ad eundem modum fiunt: Casu certe aut à fortunā, quæ habent euentus extra semper & frequenter, fieri neutiquam poterunt, sed erit necessariò in naturalibus finis aliquis, & id quod alicuius fit gratia.

VIII.

Deinde ubi antecedentia & consequentia ad unum referuntur, ibi est alicius gratia. Et verò eodem modo à Natura, ut ab Arte res agitur, prout scil. apta est agi, seu confici: quia Ars alia perficit, quæ Natura nequivit, alia imitando Naturam facit. Quare si in omni Arte & actione finis tanquam bonum aliquod spectatur, ea quoq; quæ Naturā fiunt, alicius gratia fieri constat.

VIII.

Præterea si ipsa naturalium aspiciantur rerum genera, & quidem rationis expertum, (quæ licet non ulla vel arte vel consultatione moueantur, mente tamen quasi prædicta videntur) finem omnino in natura esse vltro patebit. Finis enim gratia hirundinem nidum exstruere, araneam telam texere, plantas etiam ad tegendos & muniendos fructus suos frondes producere, quis negabit? Quia deniq; Naturam nos hoc loco pro forma accipimus, & cum hæc à Philosopho dicatur esse finis rerum nascentium, eo quod cætera eius fiant gratia, Naturam circa finem occupatam esse, necesse est.

IX.

Et ista quidem Authoritatiiorum qui finem à Natura spectari negabat, opposuisse sufficiat. Sequitur ut de Erroribus dicatur, qui in Natura euenire solent, num illi probatam nostram thesin infringant. Errata a. s. σφάλματα τῆς φύσεως Monstra vocantur, quæ s. præter naturam fiunt, ut à Philosopho finiuntur, (l. 4. περὶ γένεος ζώων c. 4.) ΕΣΙΤΟ ΤΕΡΧΕ

Sexto. p. 700.

Tέρας τῶν θεράφυσιν τοῖς παγκάφυσιν δίστησταρ, ἀλλὰ τὴν ὁμέτην τὸ πολὺ. Item, εἰσὶ τὰ τέρατα ἀμαρτήματα ἐκείνου τὸ ἔνεκα τὸ. Et fiunt Monstra propriè in Animantibus: neq; tamen in omnibus, cum ei pisci- um propter mollem et humidam eorum materiam, & animalculorum magis nos latentium monstrifici partus non admodum currentur.

X.

Neq; vnius sunt modi partus Monstrofi, sed aliij quidem deficiunt,
aliij excedunt partibus aliquibus corporis. item, aliij minuta habent &
laesa, aliij plura numero, aliij maiora, aliij non suis posita locis, aliij deniq;
alio à suis speciebus differunt modo. Qua de re plura est legere apud
Medicos. Talia autem omnia generari vel propter materiæ supera-
bundantiam, defectum, corruptionem, qualitatum in ea δισκρασίαν,
vel concubitus inordinatum, aut aliud aliquid impedimentum, ex li-
bro 4. περὶ γένεσις ζώωμ, videre est.

X I.

(Vbi tamen etiam sciendum, quod, quemadmodum reliqua noua et
inuisitata in hoc vniuerso opera nunquam omni fine carent, sed recte
vel à Significatione omnipotentiæ diuinæ liberrimè agentis σημεῖα, id-
est, signa dicuntur, vel à denuntiatione calamitatum & malorum
Portenta vocantur: τέρατα quoq[ue] s. res à naturæ formatione abhor-
rentes, sièpè contra intentionem secundarum causarum excitentur &
efformentur præmonendi nos gratia, de maledictione diuina, ir. i Dei
aduersus peccata, vitiatâ hominum naturâ, & fragilitate in primis ac
fluxibilitate materiæ elementaris.)

XII.

*Anne igitur, (quærat aliquis,) adhuc Natura quiduis finis gratia
gignet, cum talia in rerū vniuersitate producantur, quæ propter finem
aliquem fieri asserere nemo audet? Respondetur, Quod omnino. Et quod
nodum allatum attinet, variæ Physicorum nobis suppetunt responsio-
nes. Quidam enim distinguentes inter Naturam Vniuersalem & Par-
ticularem, illam necessariò agere, hanc verò contingenter, cum causa
particularis impediri & aliter agere posse, dixerunt.*

XIII.

Natura autem VNUIVERSALIS in naturali Philosophia vel est virtus diffusa in Substantias cœlestes, & vis cœlitus immissa his inferioribus, (quæ Mathematica dicitur) VEst ordo rerum omnium, s. causarum

certo ordine dispositarum, cum pendentia ab uno primo principio: Vel deniq^{ue} cum speciei aut generi, id est, secundis substantijs tribuitur causa & effectus naturalis, Vniuersalis Natura dicitur. Contra Particularis, propria misti est natura.

XIII.

Et hoc respexisse Philosophum in finitione τὸ τεράτον, ipsa verba testantur: Monstra enim esse dicit rem præter naturam, παρὰ φύσις, παρὰ φύσις δὲ πᾶσαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ: περὶ γὰρ τὴν θεῖ, καὶ τὴν ἔντεγμα γίνεται παρὰ φύσις. Sic in eandem sententiam Dominus Philippus respondet: Manere ordinem in conseruacione vniuersaliter, etiamsi interdum in aliqua parte Materie confusio aliqua accidat.

XV.

Secundum hos igitur illud, quod dicitur: Naturam nihil agere frustra, intelligendum est de effectibus vniuersalibus omnibus nullo excepto de particularibus vero non quidem omnibus, sed maxima ex parte, cum effectus naturæ quandoq^{ue} impedimentum recipiant: ut doctissimus interpretatur Zabarella, l. de partit. Animæ c. vlt. Quidam vero de omnibus vniuerse in natura affirmant finis gratia fieri, si sc. Intentiōnem & consilium naturæ aspiciamus. Quicquid n. à natura fit secundum eius consilium & intentionem, id nunquam potest esse frustra.

XVI.

Quare si aliquis in supra posita Democriti & Epicuri obiectione (a monstribus petita) persistat, & ulterius ad primam harum responsionum instet: Naturam Vniuersalem extra individua nihil esse, destruetaq^{ue} omni natura particulari, illam quoq^{ue} reuera destrui. Et per consequens inferre velit: Quoniam conceditur, Naturam particularem contingenter agere, & errare posse, omnem naturam frustra operari, nec certum habere sibi propositum finem.

XVII.

Huic, inquam, quod obtendamus, altera nos docet solutio. Nullam scil. omnino Naturam Monstrum seu erratum intendere. Quod enim monstra non propriè sint à Natura, neq^{ue} illa errorem ullum machinetur, ex sequentibus abunde patet. Quia namq^{ue} Monstrosi effelus propter suum deesse aut superesse deformes sunt: Et vero Natura, utpote nobilissimum agens ad deformitatem tendere nequit. Deformia certè illa propria Naturæ esse effecta, nemo sanus afferet.

XVIII.

Quoiam itidem Natura in uniuersum abhorret, in Infinitum spēcierum procedere: ideo Ei productionem rerum dissimilium à suis spēciebus, aut formarum peregrinarum imputare neutquam possumus. Praeterea, ut ipsius Philosophi me muniam consensu, aspiciatur saltem disquisitio eius de causis Monstrorum, quæ habetur loco iam ante citato, 4. sc. de Generat. an: c. 4. In qua, postquam Errata illa vel ex confusione duorum seminum diuerso subeuntium tempore, (aut etiam diuersarum spēcierum:) vel ex uno semine non bene distincto, vel alioquin non bene affecta materia naturali monstrasset: hanc subnectit conclusionem. Idcirco manifestum est, Causam euentum huiusmodi IN MATERIA esse putare oportere. Qui ergo ea, quorum causa Materia demonstratur à Philosopho, Formæ et naturæ actuanti ascribere poterimus?

XIX.

Adhæc, quia talis est effectio, qualis habilitas: agit forma s. natura pro subiecta materia, & cum quod vult perficere nequit, ne nihil agat, facit id quod potest. Quare dat. i improba materia, improbus exit effectus: qui tamen propriè non fit à natura informante. Licet enim insoliti quoq[ue] effectus, ratione qua sunt effectus, à natura proficiantur, tamen ἀτυχίσως prorsus inde inferetur: Si natura efficit, ut hoc sit, ergo facit ut tale sit, s. ut hoc sit monstrorum: Eò quod plures possunt una in re esse formæ subordinatae.

XX.

Idem porrò nominis euincit ratio. Quoniam enim Monstra φάλματα & ἀμαρτήματα, s. Vitia dicuntur, nullo modo à Causa per se agente, (qualis est Natura,) fieri possunt. sed eā, quæ per accidens Causa dicitur. Deniq[ue] quia hæc ad alteram Causarum per accidens referri ipsa τὸν Αὐτομάτου definitio testatur: Et vero eorum, quæ fortuna & Casu fieri dicuntur propriæ ignorantur, s. sunt αόπισται. Natura eorundem efficiens statui nequit.

XXI.

Atq[ue] sic naturam nunquam non propter finem agere, & τὸν Εατίαν ἐνεκα quidnis machinari, adeo certum est, ut in imperfectioribus effectibus producendis propriæ non dicatur egisse.

Nihilominus

Omagadecolor castanea *Salvin* XXII.

Nihilominus tamen, si ipsos insolitos Naturae effectus, remota eius intentione, contemplemur, peccari aliquo modo à Natura & per accidentem frustra aliquid in ea gigni, in singularibus et raris exemplis negatur non potest. Quandoque enim non efficitur id gratia cuius Naturalis laborat, scilicet ἐμποδίσκων. Idque inde, quod Natura astricta est necessitate similes sunt ab aliis, non absoluta, sed ea, quae ἐξ ὑποθέσεως dicitur (unde etiam naturalia tantum ἔργα τὸν τολμῆσαι agere, physicorum habet regula.)

XXIII.

Cum igitur ea, quæ ratione Materiæ accidunt in procreatione rerum absq; omni formæ τροοδέσει considerari nequeant, eo quod Natura intestinum quid, ac suæ paret & inseruit materiae. Nos quoq; Monstra, quæ ab omnibus hominibus Errata et σφαλματα τῆς φύσεως, s. eius quod alicuius gratia agit, dicuntur, d Natura effici omni modo negare nō sumemus. Siquidem & in illis, quæ per Artes conficiuntur, peccatum fit: Scripsit enim Grammaticus non recte, & potionem Medicus non recte præbuit, ut inquit Aristoteles, l. 2. Phys. c. 8.

XXI III.

Monstratum ergo in hisce: Per se Naturam, ut ἐνεργεῖαι, ad perfe-
ctos aspirare fines: Secundum Accidens autem, causa Materiæ & suæ
potest fieri interdum, ut in deterioribus acquiescat.

An Mulier differat a Monstro, cum sit πεπηρόμένον ἄρρεν, (ut inquit Philosophus, περὶ γενέστος: Λύσιφρος.) ? Respond. Quod sexus Muliiebris nihilominus ad id, gratia cuius ipsum Natura procreauit, necessarius sit. τέγαστος δίκαιος ἀναγκαῖος πρὸς τὴν ἐνέκρωτὸν καὶ τὴν τέλεστίαν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκότες ἀναγκαῖον.

(Philosophice loquimur, nec locum damus calumniatoribus.)

F I N I S

05 A 634

ULB Halle

003 761 614

3





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-149277-p0012-6

DFG

Farbkarte #13

B.I.G.

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches



Themata Physica
D E N A T V R A E T
MONSTRIS

Ex φρεικοτάτοι Illius Philosophi (Aristotelis) eiusq; Interpretum libris physicis
passim collecta:

ET

Sub Præsidio Clarissimi Viri


DN. M. ANTONII LEVONI^{MI},
Teucheni Carinthorum, Logices & Ethi-
ces Professoris publ.

*Ad discutiendum & defendendum in scholis
Philosophicis Inclytæ Academiæ Witebergensis
proposita*

à

M. MARTINO HILVVIGIO, Boles-
lauensi Silesio: Reuerendi Dn. D. Salo-
monis Gesneri priuigno.

*Habebitur disputatio 4. Cal. Julij, in Collegio
novo, hora 6. matutina.*



WITTEBERGÆ,
Typis Wolfgangi Meisneri.
ANNO M. D. XCV.

